aut fere consumpti, sicut in Insula Hispaniola, aut in Dominica, ac non-  
nullis alijs, pro ijs, quod sequitur, suffragatur: et in aliis Iuris nicias remo-  
tissimas, a quibus non potest adiiri Sedes Apostolica. Hoc autem ultimum  
sublatum est, et eius loco positum, ut non est Inquisitio: ut pro eodem regu-  
tari debat, quod adiiri Sedes Apostolica non possit, et quod non sit Inquin-  
tio, aut loco virius sucedat aliud (vide ibi plura). In eo autem quod de Or-  
dinariis dicitur, videtur esse limitatio, sed revera non est, scilicet explicatio copiosissima  
favorabilis: Episcopi enim sunt Ordinarii Inquisitores: et cum de Inqui-  
sitione dictum fecisset, hoc non tantum de habentibus delegatam potestate  
qui communiter Inquisitores dicuntur, sed de Ordinariis etiam accipientibus  
Pontifices declaravint. Quia vero dubitan poterat, quando non esse di-  
cerentur, explicatio addita est de duabus dictis, seu duorum diuinorum  
itinere, iuxta communem explicationem. Quod quidem satis favorable est.  
Nam. 304. Et iuxta hanc videtur explicandum, quando Inquisitio non di-  
catur esse in ordine ad predictionem effectum regulandorum enim videtur securi-  
dum quod de distantia Ordinacionum dicitur, quia eadem omnino ratio  
est, neq; appareat, cur esse discrimen debeat inter distantiam Inquisitorum  
et Episcoporum, qui Ordinarii Inquisitores sunt, in ordine ad effectum con-  
tinuo eundem in personis eisdem. Et quia in Indiis via solent esse difficiles,  
parviores leues multoties sufficient, quam in Europa vias diei soleant  
itineratione percurri. Et hoc quidem circa crimen heresies intelligendum  
videtur, de quo in Annotationibus priuilegiis tantum est sermo, et iuxta  
quiam priuilegii alterius concessio procedit, nam de alijs non ita procedit. In crimini-  
positio, a quibus absoluimus, quia in ea incurrunt, etiam cum non exi-  
sent distantia praefixa. Nec videtur priuilegiorum istud Bullae publica.  
tione sublatum, quia Bulla directe priuilegia circa illud non tollit:  
quatenus autem ex tali prohibitione colligatur mentem Pontificum esse, et  
facultas aitio generalis non sit, quia sine granibus stare in conventibus

negat, id non vultus aduersari: quia id quod per privilegium cum moderatione convenienti a te est Pontificibus concessum nequit diu grauia inconvenientia continere. Et ex eo etiam soluitur id, quod ex suspensione facultatum obijei poterat, iuxta id, quo a nobis est superioris comprobatum. Nam facultas haec non est absolute certaria intentioni Pontificum in Bullae expeditio. Nullus enim ex eo, quod ubi Inquisitio non est, et ordinarij absunt, absoluiri a peccatis possit, Bullam recusat accepere, cuius pro multis alijs conoda potest experiri. Et haec quidem philosophandi ratio, an minus aliquis simili le vero continet, videtur doctiores.

Absolutione Et n. 305 ait P. Aluendano: Et multo plus aliquis hoc in parte concedunt, dum absolute sine limitatione aiunt absolutionem ab heresi licere virtute privileij Pauli facti huc. Tertij Sic enim tenet P. Joannes Perez Meracho in explicito privilegio non Indivilegio Pauli non Verbi Absolutio. Dubius et adducit Joanne de la Guz, Fr. Joanne Baptista. Tertij aliquo Zorram, Joanne Manam Brasiliensis, Magistrum sacerdotis Palati in Indice Purgationis sententiam, et alios. Et n. 306. respondet argumentis in contrario n.

Reputatur. Num 308 ait P. Aluendano, efficaciter hoc refutendum, si de facultate absolucionis omnino ad absolutionem de heresi conferatur. Nam Cruciata, et Iustitiam anni Sancti, aut illi simile, omninem maxima confessiones sunt, et tamen in illis absolutio dicta prohibetur ob grauia inconvenientia, quando ad istam absoluta facultas conferetur: ergo manifestorum signum est non esse voluntatem Pontificum eam alias generaliter indulgere.

In Indiis Deinde n. 309 ait: Quod pro Indiis specialis ratio non sit in ordine ad generalem concessionem, ex eo ostenditur, quod in Indiis etiam publicatus Curre quod generaliter cum eadē prohibitione, ergo si signum est grauia inconvenientia generali concepi: in Indiis ex absoluta concessione timet. Et certe a crimine heresis per Bullam

spatio biennij semel tantum in vita, et semel in articulo mortis absolvitur, vel ad summum bis durante spatio, si duplex Bulla sumiatur, sine grauibus stave inconvenientibus nequit: ergo multo maiora timori possunt ex absolucione facultate nullis temporis spatio contenta. Iubilatum etiam eodem modo in Indiis publicatur et ei deinde restrictione. Et

Societas re- N. 313 ait, summa congregat: Deinde si nostis privileij, quae habebat munitius. in ordine ad absolucionem ab heresi, ita remuntrias quod Hispanie regne, privilegio etiam Indias etiam comprehendent, quatenus absolute eorum votis non licet, nisi pro Indiis

113

cum moderatione adhibita, et a nobis explicata. Constat ex editione summa  
pendit post quintam Congregat. in quo facultas dicta cum annotatione  
nam exposita continetur. Congregatio ergo cum de Legis ac Dominijs. Sed non quod  
Tribunali subiectis est locuta, Indias minime voluidi comprehensas, illarum spe-  
ciale speciale illarum privilegiorum, quia neg hoc Regis postulatio contine. eis quod priu-  
bit, sed quod usu nonnullorum privilegiorum in illis regionibus abstiner. legiorum.  
Pro Indijs enim scribat S. Tribunali, quod a Rege ut postularet, obseruit,  
satis prouidion in Compendio adhibitam cautionem. Vide plura apud L. Auendano.

Notanda quedam circa usum Privilegiorum. 113

Num. 314 ait P. Auendano. Cui Comissarij Inquisitionis adhinc, si tamen assertio. i.  
distantia interueniat, de qua loquitur privilegium, usus illius licet. Si  
Docti aliqui. It ratio est claras quia Comissarij communis lograndi, et pro-  
ut in Indijs solent constitui, non habent iuris dicti in foro interiori.  
Sed ad specialem quamdam prouidentiam designantur, et ita in modice  
ad bonum animo, quod privilegi concesione pretenditur, perinde est  
ac si non adfenser. Si vero contingeret Comissariam facultatem habere  
pro foro interiori ab Inquisitoribus eidem attributum, iuxta probabilem  
sententiam de facultate eadem pro foro dicto Inquisitoribus competenti,  
et eamdem delegandi facultate, aliter videtur diversior. Tunc vero in  
eo loco dicentesur esse Inquisito, quandoquidem in eo Minister eiusdem  
adest, ad effectum huiusmodi sufficiens instrutus. Nihilominus hoc non  
videtur certum; quia reuera, et secundum communem, ac receptionem lograndi mo-  
dum, ibi Inquisito non est. Et praeterea Minister talis satis dubia facultate  
est praeditus, unde Religiosus Privilégiaarius, cui illa certius concuerit, videtur  
preferendus. Praeterquam quod in concurso privilegiorum ille est preferen-  
dus, qui excellenti modo privilegiatus est, ut aperi liquet. atque Reli-  
giosus in concurso dicto talis est, scilicet ut Minister Evangelicus per priu-  
legium Pontificium concessum Religioni. Commissarius autem per medium  
commissionem facultate gaudet a Pontificibus factam Delegati, cui ratione  
status nihil tale concuerit; in quo excellentia apparet manifesta. Potest

ergo in concursu Commissarij data sibi uti a Pontifice facultas.

*Assertio 2.* Num. 315. Dicit secundo: Id quod est de Commissariis dictum, de Vicariis etiam Episcoporum dicendum. Et ratio est similis: quia illis non solet talis facultas attribui: quod si tribueatur aliquando, verificatur tamen ibi non esse idem statuens. Ordinariorum, quia Vicarii foranei non dicuntur Ordinarii. Vices autem Vicariorum Generalis dicatur Ordinarius, iuxta magis receptionem sententiam, quia illius et Episcopi, aut alterius, cuius Vicarius est, idem est tribunal, ut habetur in cap. 4o. Ese Ordinaria manu de appellationibus in 6. Pro quo innumeros Autores adducit P. Thomas Larios, si Gene. chel. lib. 3. de Matrimonio, Disp. 2. q. n. 53. ea tamen facultas non solet illis cum officiis rales, sed non in omnibus committi, quia Concilium Tridentinum prohibet per Vicarios absolutionem ab Sacramentis. Et quoniam probabile sis posse committi Vicariis; addunt tamen Doctores id non posse per modum habitus fieri, sed iuxta casum occursum. Quando autem istafidicem commissio, Vicarius non fungitur Ordinaria iurisdictione, aut docentes plures agunt eundem iustitiam supra m. c. qui et idem aferit n. c. sed limitacione addita, videlicet si in commissione fiat expressio mentio vicariatus, sive in salutatione, sive in progressu: Ut tale officiali nostro, vel Vicario committimus, aut potest alii per nos commissam extendimus. Quae quidem in casu, de quo agimus, non videantur habere locum; quia commissio ista secretissima est, ne pro ea scripto uti Ordinarii solent. Accedit id, quod omne videtur dubium submovere: cum commissio hoc secreto fiat, non posse ab eo, qui absoluere alias a praedicto criminis potest, an vere ille Vicarius habeat agnosci. Et mentio posse presumere Episcopum circa id modo convenienti procedere: ac primum potest ille privilegio suo sine aliqua dubitatione potiri. Fato in casu, quo facultas absolute ad effectum dictum Ordinariis Indianum tribueatur, de qua an modo competit, valde dubia questio est, alium esse posse concessionis modum ab eo, quem Concilium superiori determinatione prescribit, et ita forsitan illis licet id per alios exercere, sicut in facultate absoluendi Procuri vidimus. I. j. Sed tunc etiam valde probabile est non esse Ordinarios respectu illius, ut citati Doctores sentiunt; etiam si cum officio jointe tribueretur: quia officio non est annexa, sed genitus delegata. Cum alias aliae sub iudice his

sit, an Vicarii sint Ordinarii: unde P. Baum Tom. i. Tract. 9. Quæst. 7. Non esse Ordinarii opinione affirmantem videri sibi tutam in præxi, et sequentiam: narios probat aperte indicans contraria probabilitatem, de quo ex Quæst. 24. Ex quo habetur <sup>bilis senten-</sup> multo plus probabilitatis esse in ea sententia, que negat Ordinarios esse in <sup>tia multorum.</sup>

Num. 316. Circa Vicarios autem sede vacante, et si iuxta communem De Vicariis sententiam, pro qua Autores supra, Ordinarii sint, debitan tamen potest, an in predicta facultate succedant, que Prelatis Indianorum conciliatur. <sup>de sede Vacan-</sup> <sup>re. n. 18 de-</sup>  
circum hoc potest, et quidem si ita tributur, ut perpetuo ab exercit officio, <sup>cenit.</sup> et non eligatur persona industria, ab Capitulo transire, scilicet probabilitas sen-

tentia est, quam cum alijs tenet Barbosa de potestate Episcopi Alleg. 54.n. # et in opere 26. A Thomas Saneus lib. 8. de Matrimonio, Disp. 2. n. 17. ubi bene ostendit non Morati lib. 2. cap. eligi industriam personæ, quoties aliquid conceditur Prelatis presentibus <sup>ii n. 4 ubi de fa-</sup> et futuris in perpetuum; cum personis recognitis delegetur: pro quo isti <sup>resi et huius</sup> etiam graues Autores adducunt. Vnde et deinceps Conclusiones presenti <sup>sicut et n. 23. qui</sup> et videendas spe- <sup>cialiter l. 2. de ma-</sup> accommodatum inservit.

Num. 317. ait P. Amendano: sed vero ipso ad Capitulum transire alii qui existimant, ut Vicario Generali ab eodem constituto, tota ad illum <sup>trinomis dicitur 40.</sup> n. 17 ubi bene est iurisdictio transferatur, de quo fuisse ibi. Sed tamen n. 318 ait: ea que pro predicta sententia allata sunt, non videantur ergere, iurisdictionem namque apud Capitulum ~~concedere~~ communis sententia est, et ita ea suspendit, Vicarium etiam suspendi tenet P. Suarez Tom. 5 in 3. Disp. 7. s. 4. 3. n. 13. Barbosa lib. 2. alij: quoniam jurisdictionem sciunt a iurisdictione. Potest ergo Capitulum facultate de qua agimus, sibi penitus reservare, aut etiam confere. Quod si conferat, recepta ex*modicandum* est, que dicta sunt n. 315. ut non defeat maior ratio habet Vicarii a Capitulo electi, quam ab Episcopo designati; cum utrig facultas dicta voluntarie concedatur. Vide lib. plura.

Num. 319 ait P. Amendano: Dico tertio. Quod in annotatione dicitur his assertio 3. verbis: Pro absolutione, tamen a casibus heresi, ea non videntur. cum ipsi quos circa ipsum <sup>pro</sup> uilej*is* <sup>ad</sup> <sup>probabiliter</sup> scirent ad Inquisitionis Officium esse delatos, nisi forte haec cum delatione re cum Inquisitoribus agatur, atque ipsi placeat, ut Nostri hac facultate <sup>ad S. offici-</sup>

stantur. Diligentissime observandum est, et ut docti quidam Magistri existimant, obligatione sub mortali, quia res gravissima est, et primitus legia sic, et non aliis concordantur. Patet autem P. Menacho verba illa ad instructionem tantum, et non ad substantiam pertinere; ex quo fit usum quidem esse illuc situm, sed non in eiusdem. Sed P. Averandano n. 321 agunt et probat esse substantiam.

Alia Adnota Num. 312. Alia autem, quae in eadem Adnotatione, habentur, quod scilicet tioni pars Poenitentibus declarant nibil eam absolutionem in foro externo professe, eosque qualis sit. exhortantur ut complices, si quos habuerint, revelent, et hereses ab iure, et ut in ipsius, quae in foro exteriori reuelare tenentur, suo officio non desint.

Hoc ingrati, magna ex parte substantialia sunt, sed non ex vi Adnotacionis, sed ex obligatione recte administrandi Sacramtu. cum enim Poenitens ad reuelandos complices, non tamen seipsum, teneatur, quando illic facere sine sui manifestatione potest, nisi dominum in genere in Christiana Re-publica timeretur, et ad abirendum heres in cautione iuratoria adhibita est parvum mandatis Ecclesiae, quam esse necessariam dicunt aliquorū, tamen plures negant: pro quo videndum Volumen de Censuris Rm. Pontifici reservatis Parte 3. Conclu. 2. l. n. 4. vers. In vbi quis: dum illic non potest, non est capax absolutionis, et ita ad substantiam actus ista pertinens, ut sine illis validus non sit. Quod vero pertinet ad exhortati-

onem pro foro exteriori, in quo non praebet absolutionis libertatem, ad substantialia non pertinet, quia etiam si dicitur talis declaratio, qui absoluuntur, Tribunali S. Inquisitionis manet obnoxius, neque quidquam ex omissione declarationis illi detrahitur. Cum enim non teneatur se manifestare, siue absoluuntur, siue non absoluuntur: pro quo videatur Varietas in Rubrica de Iudicij. n. 53. & seqq. Latus de tegendo secretis Membris 2. Quesit. f. Dub. j. Diana Parte 3. Tract. 5. Resol. 4. ex absolutione nullo modo Tribunalis potestas ab executione suis muneriis impeditur. Potest autem declaratio talis defertur sine culpa gravi contingere, aut etiam sine leui, ex obliuione scilicet: et vix est credibile, ut in eo mortalis culpa interveniat, dum ex malitia quadam affectata non omittitur, que cum conmodum nullum habeat respectu omittentis, nequit vela ratione pressum.

De privilegiis Indorum Confessionem

circa approbationem

Vt et Bullam Clementis X editam anno 1670.

Innocentius X in Bulla, qua confirmatis Privelegiis arcanae Paulus

et Urbanus VIII concessa et iam finita sic habet: Eisdemq; serm

ab aliis illorum partim Episcopos approbat ad predicandum Conf

siones audiendas, et Missas celebrandam in Ecclesijs et Oratorijs Societ

Jesu predictae pro ministeriorum huiusmodi exercitio viterius licentiam

et approbationem ab aliis Episcopis, quatenus distent ultra duas diocesis,

potest semper habere minime teneantur, sed abs illis praecepta facere possint.

Sic vero Episcopus ab Ecclesia vel loco vel predicatorum vel Confessiones audiun-

tur, non distet ultra praefatas duas diocesis, tunc licentia etiam Ordinarij

ita vicini prius obtineri debet, quia tamen per Episcopum etiam impetrar

possit. Hoc Pontificis. Circa quoqua nonnulla observatione digna oc-

cumenta, quod illis

Num: 330 ad P. Averanum: Dico primis. Quod de approbat. pro Ecclesijs. Affectio.

et Oratorijs Societatis dicitur, non est ad Confessiones referendum. unde Facultatem

approbatio talis non est locis stricta, sed generaliter accipienda. Tertii. Sermes non

detinunt claram: quia privelegium hoc societati conceditur ad usum ordinarii. Pro locis af-

huiusmodi ministerij: illud autem non solum in Ecclesijs et Oratorijs proprijs, sicut ad-

sed in praeiatis locis, ad quas pro missis vocantur, in Missionibus, et

diuersis Ecclesijs solet exerceri: non est ergo ad nominata loca adstringendum.

Quod et alijs diuidendum panter. Et quod ad Missas attinet, sine privelegio

id fieri potest: de approbatione autem et licentia ad predicandum proce-

des Ecclesijs alijs nihil generaliter dictum, quia q; qui ratione iudicantur ad pre-

dicandum in suis Ecclesijs, idonei etiam reputantur a Pontifice, ut in alijs possem

predicare: cum et audientes idem esse possint, et Ecclesiastica Ecclesia satis

graves et celebres sint. Et. Quod etiam constat ex generalitate verborum,

quibus Pontifex utitur, dum addit: Pro ministeriorum huiusmodi exercitio

viterius licentiam et approbationem ab aliis Episcopis est.

Et etiam pro eccl: ratio alia verbis predictis amplius ponderatis, in quibus

de licentia et approbatione agitor. Nam ad predicandum in proprijs Eccle-

sijs Ecclesiastici non indigent approbatione et licentia, sed tantum Episcopali

concedatur.

benedictione, ut constat ex Concilio Trident. Sess. 5. Cap. 2. de Reformat. ibi. Cum  
qua licentia (Superiorum) personaliter se coram Episcopis presentare, et ab eis  
benedictionem petere teneantur, antequam predicare incipiatur. Ideo declaran-  
t Clemens X in Bulla, additg predicari posse, quoniam illam non obinciderint.  
Quod si Episcopus benedictionem nedium non concessit, sed etiam contradixit,  
nec in predictis quidam Ecclesijs licet Regularibus predicare. Et hoc autem  
et qualiter peti debet, videlicet apud P. Bellizianum Tract. 8. Cap. 4. n. 3 et 12.  
Cum ergo approbatio et licentia necessaria non sint, dum a Pontifice conceditur  
ut cum approbatione et licentia in suis Ecclesijs semel obtenta concessionem possint,  
aut generali facultate in faciendo videtur referendum, iuxta ea, quae Conciliu-  
m citato loco prescribit. In Ecclesijs vero, quae suorum Ordinum non sunt, ultra  
alienis licen- tientiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur,  
tria nevens me quo in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo predicare possint:  
Ex eccl. sed ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedent.  
non examen.

332. Cum ergo in privilegio licentia et approbationis ratio habeatur ad pro-  
Ex priuile. dicendum in Ecclesijs Ordinum, quod proprium est respectu Ecclesiarum, que  
gno autem Imo. Ordinem non sunt, id genus superabundantis subiectorum merito existim-  
centia & non tur sufficiens, ut ad Ecclesias, quae Ordinis proprii non sunt, licentia talis  
requiri, suppo- extendatur. Quidquid igitur illud est, quod hoc privilegio conceditur, generale  
sita ea, que existimari debet, ut unica generis dicti approbatio tantum requiratur, favorabilis p-  
datur pro le. Ecclesia propria. privilegij explicatione. Cum enim pro Ecclesijs propriis sola petatur benedictio, non est re-  
dendum in privilegio plus aliquid continet; iam enim privilegium non est, sed in  
universis impositio. Vnde plura sibi.

Ad predican. Leta vero Concilium de solis Ecclesijs propriis et alienis est locutus, videtur a-  
ducere in pla- quibus sine licentia aut benedictione posse Religiosos in plateris publicis concione-  
teris, an huc- tia Legana, quam adducit et sequitur P. Bellizianus supra n. 32. Et id quidem li-  
cencia, cult- nendum tamquam probabile, quod tamen alias est difficile, cum eadem prorsus  
quia aliud. ratio, et forte maior, in huiusmodi coniunctionibus inueniatur. Et quod Ecclesia ta-  
tuim nominatae sint, propterea fuit quia in illis ordinariis predican. solet, e-  
sta pro communis exemplo posse sint. Quando autem aliquid sit in dispositione  
Pontificij aut Civilibus apponitur, non solet generalitatem coartare, quia ep-  
pla non arctant regulam, ut est communis Scriptorium canon, ex Glossa in cap. 4  
Dei timorem, de statu Monachorum. Pro quo Marius Antoninus et P. Thomas La-  
cher. Cap. i de Matrimonio Dis. 5 q. n. 6. Nihilominus quia probabile est, quod civitatis  
Scriptores

Scriptores dicunt, illius ratio reddi potest ex eo quod prædictio in plateis. Ratio cur ne  
comptis, scalis furcam, et similibus, non fit cum cœremonijs sacerdotijs, neq;<sup>us</sup> <sup>afsanio non</sup>  
ut res sacra tractatur, sicut ea, quæ fit in ecclesijs, in quibus bēnedictio a celebran<sup>s</sup> si in pte  
te petitur, et Missa officium internum g̃it. Et huc in Ecclesijs sine prædictis <sup>probabilē</sup> sententijs.  
prædicari contingat, ut in Concionibus Vespertinis: quia tamen illa eiusdem so-  
lent auctoratis reputari, et quandoq; maiori, videantur esse Vespertini officij  
complementum, pro illo est etiam benedictio requisita. De lectionibus autem  
sacerdotijs alia videtur esse ratio, sicut et de exhortationibus, quæ non in suggestu,  
sed scilicet habent solent. Sed cum benedictio facile habet possit generaliter  
ad prædicationem, non est circa hoc cum tot limitationibus procedendum.

Num. 334 ad P. Auendano. Dicō secundo. Prædictum priuilegium ab- <sup>Assertio.</sup>  
qui se concedit, quod per priuilegium Societati cōmune non licet. Huius tenor <sup>Priuilegio</sup>  
sic se habet. V. Confessarius. S. 2. Confessarij nostri, ac Prædicatores ab aliquo <sup>dico aliquam</sup>  
Ordinario semel approbati, et a suis Superioribus ad huiusmodi munera  
deputati, quandocumq; sive mari, sive terra, iter faciunt, possum non requi-  
mantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare, et quo-  
rumq; Christi fidelium confessiones audire; et modo id non faciant in oppidis aut <sup>Priuilegii</sup>  
locis, in quibus Ordinary existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta. Gregorius  
xxxii. pag. 146 et seqq; est Bulla, qua incipit Decet Romanum die 3. Maii An. 1575. <sup>cōmune.</sup>  
In primis priuilegium hoc tantum est pro itinerantibus: unde non itinerantes  
aliter se gerere debent, ut in Instructione dicitur, quando scilicet aliqui ad alij nō-  
nem tendunt in aliquo dioecesi faciendam: Per eam enim excurrere non de- <sup>Instructio-</sup>  
bent, antequam reita ad Episcopum, vel eo absente, ad eius Vicarium ten- <sup>cōrta de-</sup>  
dant, illi se offerant, et facultatem fructificandi obtingant: quod si longe  
absint, petant per litteras. Si Instructio. Priuilegium autem Indicium gene- <sup>entes in</sup>  
rale est, et etiam ad eos, qui in loco aliquo degunt, extenditur, si distantia ea- <sup>aliquo loco.</sup>  
sit, quæ in eodem explicatur. Cum tamen alibi, etiam si plus distent, licentias  
petere teneantur.

Num. 335. Deinde. In priuilegio Gregorij dicitur ministeria dicta posse exer- <sup>Indicis</sup>  
ceri ab itinerantibus, non regiabantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum. Parochis  
quod in priuilegio Innocentij non habetur: unde in rigore videtur ita fieri posse, <sup>posse in Indicis</sup>  
quamvis eo non uti conuenientius sit regulariter loquendo. Et <sup>sed non ex parte</sup>

Præterea. Quia difficultas esse potest, an approbatus ab aliquo Episcopo, regulanter.  
sia diocesi abeat, et post diuinationem in alio loco habitationem redeat. Etiam pot.,  
eode vivente, nouam licentiam petere debeat. Cicut communiter negant Doctores, mutatu-

domicilium et ita proxim habere affermet. P. Petilianus Tract. 8. cap. 3. n. 20 post Fagundus  
non est necesse ibidem in 2<sup>o</sup> Eclesie preceptu cap. 2. n. 20. ubi plures adducuntur per privilegium  
non approba. Indicem omnis tollitur ambiguitas, ut patet ex verbis illis: Utterius licentia  
tio ab eode Episcopo.

et approbationem ab alijs Episcopis, quatenus distent per duas dioecetas, poterant  
aut habere minime teneantur. Pro alijs ergo Episcopis illud conceditur, cum  
pro eodem nihil tale necessarium supponatur. Siue ergo ille distet per duas dioe-  
cas, siue non, ultra recursum pro licentia ad diocesim reverentis, etiam possi-  
mutation domicilium, necessarius non est. Quod et sequentia indicant ibi:  
Alterius Ordinarij. Et addo video ex prefatis sequi habentem approbationem ab  
Episcopo, si in aliam diocesim tendat, ad quam ipso promotus est, nouam non indi-  
cere, cum aliis Episcopis absolute non sit, et sufficientia approbati sit illi omni-  
nino perspecta. Sed hoc non est adeo certum, ut prius illud.

Casus  
magis spe-  
cialis.

Num. 337 In modo si aliis Episcopis in diocesi sit, ad quam pro ea approbatus reveritus  
Nec a suc-  
cessore inga-  
verisimile  
privilegij  
intellectum.  
In modo et sine  
privilegio  
iuxtam hanc  
sententiam.

non est esse nouam licentiam necessariam, ex eiusdem privilegij tenore deduci videtur.  
Nam verba illa: Ab alijs Episcopis, verificantur vivente eo, qui licentiam dedit,  
atque illi sunt Episcopi alienum diocesum: ergo de illis intelligendum est privile-  
gium. Et quidcum favorabile sit, ita interpretandum venit, iuxta dicta non ion-  
in loco. Præterim quia sententia valde probabilis est si reverentem non indigere  
nouam approbationem, etiamsi Episcopus mortuus sit, et successor datas a prede-  
cessore licentias minime reuocant. Si Nauarrus, Rebodus, Antonius Gabriel, et  
alijs, quos adducunt et sequuntur Fagunder supra, iuratis ipsi, que habeat n. 34. P.  
Petilianus n. 40. Et colligitur ex doctrina alionum, qui cum dicant eum, qui re-  
vertitur vivente Episcopo, non indigere nouam approbationem etiam generaliter  
affectione morte approbantis non expirare approbationem, apud P. Fagunder  
supra: pro quo et plures adducunt Bonacina supra puncto 3 n. 2 et est receptissima.

+ Sed hoc est id  
contra Bullum  
Clementis X.  
vbi declarat nosse  
Episcopum Silesiensem  
sors examinare  
Regulares sed  
Predecessore  
approbatos.  
Et secundum q.<sup>o</sup> ab Episcopis, quando per duas dioecetas non distant, licentiam esse petendam et  
a Capitulo, aut ita neg Capitulum, neg Vicarium Generalem, plenaria aut Vacante Ecclesiæ  
Vicario non

sententia. Et successorem non posse examinare, aut suspendere examinatum  
et approbatum a predecessor, nisi in casu particulari tenent etiam ipsi, quos  
et approbatum a predecessor, nisi in casu particulari tenent etiam ipsi, quos  
licentiam esse petendam et  
extendi, ut scilicet id certius licet.

Num. 339. Dicitur quartus. Iuxta privilegij tenorem licendum videtur solum  
a Capitulo, aut ita neg Capitulum, neg Vicarium Generalem, plenaria aut Vacante Ecclesiæ

Seck pro obtinenda illa necessario aderendum. Constat ex muneris dictis: nam  
habet in privilegio Ordinarij mentio fidei, eo tamen nomine Episcopus  
intelligitur: ergo ab illo tantum, et non ab alijs licentia est obtinenda.

videtur  
centiam  
necessaria  
petendas.

Bene venit est communem Doctorum sententiam, et receptissimam proxim tenet,  
cum in Concilio Tridentino Lef. 23. cap. 15. de Reformatione approbationem etiam  
Regularium ab Episcopo obtinendam decernitur, nomine Episcopi Ordinarij  
intelligi, et tamen Episcopus non sit. Quando vero de privilegiis agitur, quae ad  
animatum salutem, propagationem fidei, et religionis incrementum conce-  
duuntur, alia ratio est: tunc enim ampla facienda interpretatio, et standum  
verbis, ubi odiorum aliquid intercedit. Et in ordine ad approbationem discri-  
men aliquod inter Episcopum et Capitulum, ac Vicarium necessario esse consti-  
tuendum, multorum Doctorum sententia est, dum dicunt, Capitulum qui Circa multa  
dem, si de rigore iuris loquuntur, revocare posse licentias Regularibus con-  
cessas ad predicta ministeria: absentiis autem privilegiis non posse, de  
quibus P. Fagender supra n. 23. P. Pelliçarius Cap. 3 n. 4. 4 cum alijs. I.  
Martinor. Tom. 5 Disp. 53. n. 74. Idem autem esse de Vicario satis videtur  
manifestum, qui Capitulo habetur inferior: et ita non posse. Regulares su-  
spendere a munere Confessiones audiendi, sicut potest Episcopus in  
casibus permisso, tenet cum alijs Diana. Parte 3. Trad. 2. Resol. 27. et  
Parte 8 Trad. 7. Resol. 94. Regularem etiam, qui benedictionem ab Episcopo  
acepit ad praedicandum in Ecclesiis sui Ordinis, si moratur Episcopus,  
non tenet ad benedictionem a Vicario petendam, et proportionaliter idem  
in approbatione ad Confessiones audiendas euenire, tangit probabile  
cum doctis Neotenicis tenet P. Pelliçarius supra Cap. 4. n. 9. Non ergo mi-  
num videtur debet, si per prius legum Indicem, cum ex eorum genere  
sit, quae magis esse specialia cognovit, tale aliquid concedatur. et

Numb. 340 ait P. Aquinianus: Quod in privilegio dicitur verbis illis: Qua ta- Afferit 5.  
men per epistolam etiam impetrari possit; licentia, inquam; attento eiusdem Circa licen-  
senore, de licentia intelligendum videtur, que iam approbato confiri ab alijs tionem per Episto-  
Episcopis potest. Cum ergo aliquis primo ad audiendas Confessiones a Su- lam, Vbi quid  
perioribus exponitur, aliter videtur dicendum: debere, inquam, compare spezie conve-  
quia aliter iudicium efformari de sui expositi sufficientia ab Episcopo datur, cum  
alios id licet.

potest, ac de eo, qui tunc primo ad ministerij dicti difficile exercitium accedit. Quo pacto nihil videtur speciale per privilegium haberi: cum tamen valde sit verosimile pro speciali aliquam gratia fuisse concessum. id enim, dum clare aliud non constat, semper debemus estimare. Posse nam licentia per epistolam obtinere certa res est, unde et in Annotatione ad S. 2. verb. Confessanus, in Compendio comuni, id sanguinum certum statuitur, verbis illis: Quod si

Quandoque longè absint, petant per litteras: et quod expresse decisum ab Innocentio X. nequeant episcopi eos, et ore tenus. Ideò dicendum videtur Episcopos non debere sic petentes ad concilii licentia. parentum obligare: licet enim ex dispositione Concilij citato cap. 15. examinare possint etiam Regulares, et ita non componentibus approbationem negare. dum obliga. in casu autem dicto, cum absolute de sufficientia constat, negat si quidquid est. in contrarium, merito vult Pontifex, ut licentia sic petenti tribuatur. Et quidem Concilium ad habendam idoneitatis notitiam, non requiri examen, vnde addit: Aut alias idoneus inducetur, in quo magna est latitudo. Videatur. Fagundes supra n. 70. Potest ergo sic petentem idoneum alias inducere, quo pacto concedere licentiam presenti deberet. Pro quo videndum P. Martinus non supra n. 3 g. ergo et absent, si non esset comoditas accessus. Quia ergo minus, si Pontifex ad confessionem obliget, in quo vix onus aliquale Episcopis imponitur, pro quoniam exoneranda conscientia Societas nostra desudat.

### De Priviliegis Indorum circa Sacramentum Extremæ Tritionis.

Nihilum extat speciale in Compendio Tridentino prout usum sacramentum oleorum Simplex Sacrorum ultra annum. Pro ritandis autem circa hoc scrupulis videnda, quae habet argumentum oleum Diana Parte 3. Trait. 2. Resol. 176. Et pro Indis facit, quod habet P. Martinus pro Tritione Tom. 5. Disp. 6. c. n. 16. circa potestatem simplicis Sacerdotis ad benedicere, aut conferre. Et quod sine benedictione conferri posset. verba illius sunt: Immo quia opinio Glossa initio relata videtur nonnullis esse probabilis in praxi, posset Sacerdos in casu extremæ necessitatis oleum ipse benedicere, eoque non bendum inungere; aut si negat benedicere licet, posset uti Oleo etiam non benedicto. Sed si agrotus superuinuere, vno conditus esset iterum sub conditione, propter securitatem. Sic ille. Idem censet probabile P. Amicus.

Tom. 8. Disp. 19. n. 40. Negat alibi mentis specialis occurrit, nisi generaliter gen-  
 rali conceps. circa administrationem Sacramentorum comprehenditur in Bul-  
 lis Adiani Lexti et aliorum. Poterit quidem conferri, quoties Parochus abest, et posse conferri  
 infirmus penitentia, pro quo non est privilegium necessarium: immo etiam Parochio non  
 adsit, et iniuste neget, ut docent Auctores, quos adducit et sequitur Diana. ad recusantem.  
 Parte 3. Trad. 2. Resol. 1. 70. et Parte 5. Trait. 3. Resol. 62. ex quibus P. Laymon  
 Lib. 5. Trait. 8. cap. 7. n. 3. non solum posse, sed tenet affirmat, non tamen sub  
 mortali. Quod quidem ego (aut P. Auendano) in Indis non admissem, qui ob Circa In-  
 capacitatis defectum non ita facile disponi possunt ad habendum actionem conti-dos peccati  
mortaliter  
 fitionis, aut supernaturalis attritionis ad Sacram. Poenitentiae iuxta conu-per omnijs  
 nem sententiam necessarium: ad Sacram. autem Vnctionis minus aliquis nem.  
 sufficere, et bona fide receptionem sine affectu ad peccatum, quod memorem non  
 occurrit, gratiam afferre, graves Doctores affirmant, de quo dixi Tomo 1. Theolo-  
 giconum Problematum in fine P. etiam Auendano. Et ut dicimus esse necesse. cit. loco  
logitur.  
generaliter.  
 niam attritione, non est profecto difficultis, et infirmo, aut antecedenter ad Sacram.  
Sacram. aut consequenter potest excitari. Et hoc est valde notandum; Nam licet non de illis  
 Sacram. fuerit informe ob defecionem attritionis, ob ex iste tollitur, si subsequatur,  
 et ita iustificari potest, qui illud recipit. Sic Auendano loc. cit. Tom 1. Unde  
 etiam potest P. Martinon supra n. 36. ubi ita affirmat. Pusillo ergo isto statu  
 remedio, cum absit posse, privare, inhumanum est, et a Christiana pietate Liquatis  
obligatio  
generaliter  
 penitus alienum. Negat obstat, si dicatur non esse obligationem sub mortali levan-Parochi  
ad illud.  
 istud recipiens, et ita neg conferendi. Nam illatio ista in aliis Sacram. non est legitima:  
ad illud.  
 licet enim quis non teneatur intra annum non confiteri, Parochus  
 tamen iuxta receptissimum sententiam tenetur, audiire, et id est de  
 Eucharistia, ac Matrimonio, sicut et de Confirmat. atque Ordine respectu  
 Episcopi. Et in eodem Sacram. Vnctionis communiter tenent Scriptores:  
 et aliqui adeo grauem obligationem agnoscent, ut cum periculo vite etiam  
 conferendam arbitrentur. Pro quo videndum Diana supra Trad. 2. cit. Resol. 174.  
 In casu autem, de quo loquimur, simplex Sacerdos loco proprii succedit, factu-  
 rus ex obligatione charitatis, quod alius facere ex obligatione iustitiae  
 tenebatur. Pro quo et Martinon supra n. 48.  
 Et etiam in comprehendendo communis Priviliegium: Verbo Extrema Vnctio, que

Privilégio sic habet: Posunt Nostri ijs, qui intra septa Collegiorum, seu Domorum, circa administrationes pro infirmatis fuerint. Extremam Vnctionem Apostolicae auctoritate libere extenui, dum et leite, Parochialis Presbyteri, vel alterius cuiusq; Episcopi, vel Superioris in domibus Religiosis hincia, vel a sensu nullatenus requisito, ministrare. Concessum est Benedictinim, ut in Compendio Minorum V. Vnctio extrema. b.i. S. illud. Et informantur.

Verb. Familiares §. i. et 2. Vbi item correditur pro omnibus, qui in nostris morantur obsequijs, et pro familiaribus tam intar, quam extra septa Collegiorum seu Domorum conorantibus, atq; etiam pro famulis. In Adnotatione ante ad. i. Verb. Familiari. sic dicitur: Familiaribus Extrema Vnctio potest administrari, atq; adeo ijs solis, qui in Domibus, Collegijs, Residentijs, et alijs locis Socie- tatis habitare videntur. Iuxta quae privalégium dictum non videtur ita a usum abscindendum, ut extra septa nominatis in illo conferatur.

Venimus vero hic, obstat videtur, quod privalégium illud videtur fruſe vice vocis oraculum, quia auctoritate Apostolicae concessum fuit a Nicolas Franco de Laffere Legato, ut ex Legana obsecrat Diana. Part. g. Tract. g. Resol. 39. §. sed hic obiter. Et ita tanguum oraculum proponitur in Compendio Minorum. Sed Urbanus VIII revocauit Oracula, etiam a Cardinalibus authenticè roborata. Quamvis Legana dubitet, non inter ora- cula computari debeat: cuius fundamentum esse potest, quia vi Bulla Pontificia inter alias recensetur. Et etiā non revocari ea, quia a Legatis de Laffere authenticata sunt. Pro quaen. videtur possunt, quia adiuit P. Pelliotti. Us. tract. 8. cap. 3. n. 326. Non item revocatum censet P. Quintard. Tom. i. tract. 5. singulari & in fine. Cardinalis ijs in adnotationibus ad Oracula Compendij concensus ad Patribus Theatinis simile privalégium concessum. Pro V. per Bullam 331. §. 17 apud Chenuinum Tom. 2. Vide multa plena sive apud P. Aquendano.

### Specialis casus et utilis est.

N. 364. Cum monachorum Religiosus Sacerdos invengetur, in quaesta unctione locutione omisit, tantum dicens, Quidquid per gustum deliqueristi. Et du- 4. omisso locutionis an bibationem quid fieri oportet, nihil tamen factum, sed ceremonia illa sacra sit in causa more solito consummata.

Ierandi illam. Num. 365. ait P. Aquendano: Nibilominus unctio videtur iteranda fruſe: Iterandam unctionem quia defectus forma fuit in parte valde substantiali: a Concilio enim Floren- nem eausimilius.

tino locutio exprimenda decernitur verbis illis: In ore, propter gustum  
vel locutionem. Et quidē quod ad locutionem attinet, videntur esse praecipuum:  
 penata enim frequentiora et graviora per locutionem, quam per gustum constitui-  
 tur; iuxta Dini Iacobi doctrinam in sua Catholicā Cap. 3. vti inter alia v. 6. et 7.  
 illud: Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Que maculos totum con-  
 gues, et inflammā rotam natiuitatis nostrae inflammata a gehenna. It is ergo  
 lingue malis medicinam Sacramenti oportuit specialiter adhiberi. Potuit  
 autem defectus ille supponi sine aliquo inconveniente abz alienam unctionem  
 repetitione, iuxta doctrinam multorum, quos adduxit et sequitur P. Martinus  
 Disp. 65. citata, n. 20. dicentes, quid si Sacerdos ante perfectum Sacram̄tu-  
 mōriatur, aut non possit ulterius perficere, potest Sacerdos alius sine noua incho-  
 atione perficere: ergo multo potius Sacerdos idem. Item, in casu necessitatis  
 poterit plures Sacerdotes ungere, et unctionem unam non supponere aliam, de  
 quo ibidem et P. Gorissi Disp. 19. n. 10. dicitur. Antecedens. Quod intelligendum, etiam  
 omnes necessariae sint: a. quacumq; enim inchoetur, validum est Sacramentum.  
 Ut ex Licanis, P. La et Bonalina docet Palaeus supra Punct. 3. in fine. Quod autem  
 discontinuatio, <sup>aliqua</sup> non obstat, ex predicta doctrina colligitur: nam si deficiente  
 uno Sacerdote, alius prosequi potest, quid peculiare esse in hoc Sacram̄tu ad-  
 vertit P. Henriquez Palaeus et P. Bauny: duon aliis vocantur, qui mini-  
 sterium impletat, discontinuatio est necessaria futura. Quod ex doctrina  
 alia deduci etiam potest, iuxta quoniam si infirmus ante quintam unctionem  
 an sit mortuus, dubitetur ad illam et alias procedendem: si autem mortuus  
 putabatur ob paroxysmum, et postea signa vita ostendat, adiiciende, que  
 defuerant, unctiones. Si P. Henriquez cit. m. q. In quo euentu discontinuatio  
 est manifesta.

N. 367 Neg obstat probabile esse id, quod pro contraria parte addixerat n. 364 Non obstat  
 et n. 365, pro qua etiam militans ea, quae Diana conseruit Parte 8. Tract. 1. <sup>probabilitate</sup>  
 Resol. 2. etc. Quia probabilitate illa non obstante, res dubia persistit, et <sup>sententia</sup> opposita,  
 contra charitatem est sine argenti causa dubium reddere effectum Sa- <sup>qua contra</sup>  
 cramenti, et sic recipientem in genito iactura bonorum spiritualium <sup>opponit</sup> charitatem.  
 Quod equidē in casu presenti videtur specialiter urgere, quia recipiens delinquit,  
 in periculosisimo versatur articulo, et subsidij eget potentissimi,  
 qualia Christus Sacramentorum institutione proridit. Claudio aduentens

*Observa.* in defectus predicti supplemento sic dicendum: Quidquid per locum  
tio ad  
pragm. tionem deliquisti: de gestu nihil addendo, quia pro eo sufficiens  
forma praecepit. Liget enim, ut una tantum proponatur pro utroq; vir-  
tute tamen est duplex, et re ipsa diuisibilis.

### De Principio. In domum circa Sacramentum matrimoniij.

*Affertio 1.* Num. 375. Capit. xiv. Tituli 18 ait P. Auendano: Dico primo. Indi,  
 Indos non nisi ut matrimonium contrahant, non obstante cognatione ultra secundum  
 genere dispensat gradum transuersalem, aut affinitatem, nulla indigent dispensationes,  
 ultra secundum gradum.

iäm enim illa generaliter potueruntur. *Affertio 2.* Num. 376. ait. Dico secundo. In gradibus linea recte ascendentium,  
 scilicet et descendenter, non videatur admittendum, quod praecedenti est  
 in linea affectione probatum. Id probo. quia licet Pontifex circa hoc, discrimen non  
 transuersati videatur statuere, ita tamen est recepta confessio, neg oppositionem unquam practi-  
 catum; ita neg de praxi aliquando cogitationem. Ut quidvis ratio occurre  
 potest, quae conuenientiam aliquam in huiusmodi matrimoniis ostendas,  
 ut facultas generaliter debet censer concessa, ubi plurimi Doctores sunt  
 affirmantes talia matrimonia esse iure naturae illicita et invalida, ut veli  
 potest agud P. Thon. Sanuarem, qui eorum agmen vnde numerosum congett  
 Lib. 7. de Matrim. Disp. si. n. 12. Sed de eo statim *Affert. 3.*

*Affertio 3.* Num. 377 ait P. Auendano: Dico tertio. Resolutio *Affectionis prima*  
 Extendunt ad gradus affinitatis in linea recta extendi potest. Ita Indus coniungi  
 ad directos potest nepotis sive eo mortuo, et India neptis sive marito, aut è contra;  
 in affinitate si aliunde impedimentum non sit, et ita in similibus. Ratio est: quia  
 confessio generaliter praedat, et in hoc ea non apparet indecentia, quae  
 in consanguineis linea recta ob sanguinis eiusdem participationem.  
 Ita si Indi, et alij simili prerogativa gaudentes, ea uti velint,  
 prohibendi non sunt, nisi ratio aliqua specialis occurrat, etc. quia  
 iuxta casus contingentiam iudicandum.

*Affertio 4.* Num. 378. Dicit quartu. Si Indi ante Baptismum, coniugium inie-  
 Non separandos sint in gradibus iure nature non prohibitis, neg per eorum leges, ita ut agud  
 conuenses in eosdem, licet illicita, non tamen invalida censeantur, non debent post Bap-  
 gradibus iure tium separari. Sic communis Doctores, et ratio est clara; quia coniugium  
 nature non timendum separari. Tale rationem facit iure nature et civili agud Gentes illas: coniugium  
 prohibitis eis. Tale rationem facit iure nature et civili agud Gentes illas: coniugium  
 ingatos.

autem legitimum indissoluble est, et ita Ecclesia negavit illud, stante  
voluntate coniugem permanendi in illo, ut latens irritare, Leges enim  
illius non ligant ipsos, quia extra eamque sunt, neg intra eamque iam  
per Baptismum receptis, retrostrahi ad tempus inhabile possunt.

Quia vero circa gradus iure naturae prohibitos valde diversae Doctorum sententiae sunt, iuxta eorum probabilitatem ita est in hac causa procedendum, ut voluntati Neoplatonum quantum potuerit deferatur. Hoc enim unum fidei impedimentum maximum esse solet, quod ex monogamia oritur, unde ut illa status suariter possit, conniendum est paucorum istorum desiderio, quatenus illud per probabiles potuerit senserias regulari. Est ergo satis probabilis illa, immo probabilior, ut existimat P. Thomas Sanctius supra n. i. g. que aferit in solo primo gradu ascendentium et descendenterum esse ita interdictum coniugium iure naturae, ut si sit eo affectus inter solos parentes et filios. Quod quidem magnum habet fundatum in D. Thomas Doctrinā 22. q. 159. ar. 9. ad 3. vbi qui dicitur in decretice circa hoc haberi potest, ad consuetudinem, et legem humanam redire, et tenent multi et gravissimi Doctora apud P. Sanctius citatum: quibus adiungi Bonaventura Tom. i. Quaest. 3. de Matrimonio, Punct. 5. q. n. 4. Diana Parte 8. Trait. i. Resol. 6. q. Caramuel in Theologia morali n. 543. Basilius Legionensis Lib. 7 de impedimentis Matrimonij cap. 18. n. 6. Bascus verb. Matrimon. 7. n. 23. P. Filiccius Tom. i. Trait. 10. Parte 2 Cap. i. n. 180. P. Palerus Tom. 5. Disp. 4. Puncto 7. n. 7. licet non penitus secundum exclusat. P. Bascus, ut omittam alios, quos citati adducunt; adentes infideles si coniungit, cum ad fidem veniunt, non esse separandos; si illi cogit ferant, et futurum sit illud recipiendis fideli ostaculum, aut minus in ea proficiendi. Ad hoc ergo non habent illi agri privilegio.

Præterea, valde probabilis sententia est in linea transversali nullus in linea effe impedimt. iure naturae, aut diuino, quod diuersum a iure naturae transversali negavit: quia quod in lege veteri, iam cessauit; in noua autem aliud non est, nisi quod pro Baptizatis Ecclesia statuit, et infideles non tangit, ut bene observent cum alijs P. Thomas Sanctius supra Disp. 52. n. 2. Itaq. coniugia fratrum cum sororibus iure naturae licent, et apud Peruvianos et Mexicanos



in usu fuerant. Sententias dictas tenent plures, quos adducunt et sequuntur, Basilius Legionensis, Franciscus Ramus, Caramuel, P. Bauni, P. Gaspar Hurtado, P. Regius, P. Tannerus. Adducit etiam plures P. Thomas Sanchez disp. 52. citata n. 20. P. Frugosus addens sic conuictos non esse separandos, si illi agere ferant, quod ex Venenarum et Vega apud eundem affirmant. Lixio ergo in Concilio Lymensi Testio dicitur: ut coniugia inter fratres, cum ad Baptismi gratiam pervenerint, rata non habeantur, sed quicunq[ue] ita coniuncti fuerint, reperti separantur. De quo et Concilium secundum cap. 38 iuxta probabilem sententiam procedit, et ita non videtur generaliter, neq[ue] pro foro conscientia obligare.

Milleum affini. Est insuper satis communis, et valde probabilis sententia, quae affirmat gradus ex affinitate in quocumque gradu sive transversae linea sive sive etiam ex iure naturae rectae non oriui impedimentum, ex quo irritum matrimonium iure ut irritans naturae reddatur, quicquid de indecentia aliquod sit. Sic tenent quam matrimonium plures, quos adducit P. Thomas Sanchez supra Disp. 68. n. 7. Bonalina probabilis sententia multorum. Quæst. 3. cit. Puncto 12. n. 7 et seqq. Bakarius, Caramuel, Basilius Legionensis, P. Gaspar Hurtado, P. Bauni, Can. Lugo in Respons. moral. lib. 1. dub. 4 n. 1. P. Amicus. P. Meratius. P. Escobar in Theol. Morali Tract. 7. n. 94 ubi tantum ait esse probabile dirimere matrimonium iure naturae in primo gradu, quasi de probabilitate alterius negreat dubitari. P. Martinus Perez, Diana Parte 4 Resol 93 cit. et Parte 8 Tract. 1. Resol. 67 & 68 et alij. Sic ergo coniuncti, cum conuerterentur, in suo sunt relinquendi coniugio, si negarent ad separationem in primo gradu rectas lineas conuenienter induci. Et ad hoc, ut dixi, non est opus prædicti legio.

Potest quicquid inter fidèles matrimonium fratri et sororis tolerari, qui ignorant se tales, eo quod negreat eius dissolutio sine gratia inconvenient tentari, pro quo singularem casum adducit P. Comitolus lib. 1. Responsori moralium Quæst. 12. Et quo sit inter infideles, vbi pro eius valore, et rationum pondus, et scriptorum militis autoritas, magis esse tolerabile, ut cum ad fidem veniunt, non debeat illud penitus improbari. Negorgent, que Can. Lugo ad. ducit supra n. 4 et seqq. quia hui de dispensatione non agimus, sed de tolerandi coniugij contractis ab infidelibus. Concilium autem lymense, ex quo arguit, probabilitatem sententiae non tollit, sicut neg declaratio

Pauli Quarti, quoniam decisio generalis est, et non tollit, quem in casu particulari  
id possit fieri, quod est a nobis comprobatum.

Numb. 382 Iuxta haec ergo privilegium Pauli Tertii, quod habetur in compendio Indico  
verb. Dispensatio dicitur absolute necessarium non est, sed ad tollendum dubitatem  
omorem impetratur. Vide huius plura apud P. Acuendano.

*Assertiones aliae pro eodem.*

Numb. 382 Dicit quinto P. Acuendano, Religiosi Societatis possunt cum Neophy-  
tis dispensare in quibus cum gradibus consanguinitatis et affinitatis iure di-  
uino non prohibitis, iuxta formam concessionis, que habet in Comp. Indico per  
Gregorium XIII. Pium IV. et Pium V. et sic habet: Possunt Presbyteri Societatis  
a Preposito Generali per se, vel alios ad id electi auctoritate Apostolica (gratis  
tamen) dispensare cum Neophytis in quibusvis Orientis, Brasiliae, Pon-  
Novae Hispanie, et alijs Ultramarinis regionibus, insulis Oceani manus, ac  
Ocidentalibus partibus degentibus, in quibuscum iure diuino non prohibitis  
consanguinitatis vel affinitatis gradibus, vel alias coniunctis, aut se attinens  
tibus, ut impedimentis huiusmodi non obstantibus, matrimonium inter se  
contrahere, et Solemnizare, seu, si iam scienter contraxerint, denio con-  
trahere voleant. In partibus quidem ubi locorum Ordinaryi de facili adiri  
possunt, in foro conscientiae tantum, sed perpetuo. Ubi quidem aliquae conti-  
nentur satis eximia. Primum, nullum gradum excipi, nisi qui iure diuino  
sunt prohibiti, de quibus iam dictum. Secundum, non solos gradus consan-  
guinitatis et affinitatis, sed quancum aliam coniunctionem dispensatione  
non obstat, qua quidem non alia esse videtur, nisi cognationis spiritualis,  
legalis, et publica honestatis. Tertium, ad Ordinarios necessarium non esse re-  
cursum, ubi de facili adiri negarent. Quartum, concessionem in foro  
conscientiae esse perpetua. Circa quae aliquid adiherendum.

Numb. 383. Circa primum, cum solim in primo gradu ascendentium  
sit prohibito in dicta lege naturae, et sic diuina, circa alios concessio locu-  
habere potest, si id forum conscientiae patiatur. Nam cum cognationes so-  
leant esse notissimae, sicut et affinitates, que ex copula illicita non pro-  
ueniunt, non videtur frequenter posse occasionem occurrere, in qua fo-  
num illud secretum possit observari. Sed quia revera esse potest, licet non  
frequens, tunc dicta utendum facultate; ut si ignoretur feminam ali-  
quam esse nepotem cuiusquam, quia ex fornicariâ copula gerita, quod

Assertio 5  
Religiosos So-  
cietatis posse  
gradi bus iure  
diuino non  
prohibitis di-  
